

exhibet consuetum, Capere et pro parte annuè conservare curetis.
 Quorum omnium quantitatem et qualitatem statim nobis
 et predictis magistris rationalibus distinde per vestras litteras
 intimetis.

[12] mandamus preterea, ut filiorum comitum et
baronum, qui tempore obitus patrum eorum in minori etate
constituti fuerint, tam videlicet illorum pupillorum, suorum
patres nostri fuerint tempore officii precessorum vestro-
rum vel antea et ipsorum balatum dei precessores vestri
pro parte curie gererant, quam ab omni pupillorum filiorum
comitum et baronum seu pseudobaronum suorum vellet,
suorum patres tempore vestri officii morientur, recipia-
tis et administratis fideliter et prudenter.

[18] et si forte contingat, quod aliqui pupilli filii, aliquorum baronum carentes patribus, qui patres bona feudalia non tenebant, matres vero habent terras castra et alia bona feudalia, et eas ~~que~~ ^{mori} contigerint, ipsi filii in pupillari et minori etate remanentes, beatus ipsorum ^{et} bonorum eorum feudorum iuxta requi-
suetudinem similiter recipiatis et pro parte curie pro-
curetis, adhibito vobis uno de consanguineis comitis et ba-
ronis vel matris mortue, ut est dictum, magis idoneis et
fidelibus et de bonis omnibus tam stabilitis quam mobili-
bus pupillorum ipsorum fieri facietis tria publica consi-
milia inventaria, quorum unum penes vos retineatis,
aliud ad cameram nostram et tertium predictis magistris
rationabiliter transmittatis. Datis enim pupillis et fa-